



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Varia parentum à liberis mala.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

domo pensi habet, quid coram infante Domino aut dicat, aut faciat, quando etiam ipsi parentes nec probitati, neq. modestiā parvulos assuefaciunt, sed lascivia & libertati, per qua paulatim impudentia irrepit, & sui alieniq. contemptus. Iam vero propria & peculiaria huius urbis vitia pene in utero Matris concipi mihi videntur.

## CAPVT XL.

Quanta parentibus, sæpè in matrimonio à liberis, & quas ob causas, cruces enascantur?

**E**st sanè ita, vt Christus dixit, tristitia mulieris parientis leuatur, cum peperit puerum, & jam non meminit pressura, propter gaudium, quia natus est homo in mundum: nec minus tam pater gaudet, quam mater. Sed & hoc gaudium sæpè turbatur suspitione, coniectura, euentu inexpectato, morte immatura pueri parentibus erepti, aut sanè ita moribus deformati, vt eum parentes optarent, in primo balneo fuisse suffocatum; adeò sæpè est, in partu, lætitia præcoqua nimium intempestiueque gliscens. Nam etsi mater de prole certa est, dolet tamen si videt virum dubitare. Probè hæc aduertit D. Basilus, cuius hæc sunt. *Quæ mortali connubio coniuncta est, ad suam ipsius curam viri quoque altera adiecta geminam, in una anima, ex coniuncto sibi corpore, sollicitudinem necessario sustinet. Ubi vero filios, post cubiculi solennia & secreta commercia parturire atque in lucem edere cœperit, per unum quemque nascentem animo scinditur, & presentibus tristibus nascituri cura semper adicitur. Et paulò post: Ubi filios edidit, aut ad bonam frugem illi euaserunt, & maiores, illorum absentia, inuicem dolores tolerat, quam parturiens tulerat (quod in absentia filij senioris Tobie vxor quælibet assiduis testata est) aut malos enasisse confiderat, & maius ex ea procuratione liberorum, quam si permanisset sterilis, opprobrium sustinet. Verissima hæc sunt. Apud patrem autem etiam plura. Quoties enim proles incerta est, ob cuculos? quoties saltem suspicio est, quæ cruciat, aut coniectura? Noui bellici nominis virū, qui non meruebat hostem, sed vxorem: nam quia senior ipse nunquam fidebat coniugi iuniori,*

I.  
Ioan. 16, 17.

S. Basil. de  
vera Virgin.

semper ova timebat aliena. Accidit, ut vxor innocens illi-  
lium pareret, sed vultu admodum deformem, & vtriq; paren-  
tum valde dissimilem; quem ille nolebat agnoscere pro suo, se-  
que eapropter, vsque ad mortem affligebat. Quid doloris sen-  
sisset, si adulterij conuicta fuisset vxor, quem suspicio, & tam  
leuis coniectura enecauit? Nec tamen semper vana est suspi-  
cio, euentusque ipse subinde demonstrat, quam vana fuerit  
lætitia patris prægestientis.

II.  
Michael Pic-  
cartus in Epi-  
scopio narrat.  
sid. c. 2.

Est in Italia Plumbinum oppidum nobile quod nonnulli Popu-  
linum appellant, tanquam ex Populonia ruinis adificatum, situm ad  
est, in litore Tusci maris, Ilue insule oppositum, qua ferri venis in-  
exhausta magnum quotannis vectigal, Plumbini domino præbent.  
Huic oppido præerat Iacobus Appianus, circa annum salutis 1390. ex  
pago Appiano, in orâ Pisana, cognomentum adeptus, ex Paula no-  
bilissima femina Martini V. Pontificis sorore natus, princeps, ut lau-  
datur, pacificus, & à vicinis omnibus amatus. Hic cum ex con-  
iuge virilis sexus sobolem non susciperet, cupiditate nominis generisq;  
proferendi, extra matrimonium, hæredem quasit, & concubinam  
amare cepit, quam cum pregnantem animaduertisset, mira volupta-  
te perusus cum pariendi tempus jam prope adesse animaduertiret,  
ad Florentinos, Senensesq;, incredibili gaudio gestiens scripsit, atq; uti  
legatos ad se mitterent ac partum de sacro fonte leuarent, furores  
compatres magnis precibus inuitauit. Paritum est, venere ad diem  
dictam legati. Interim mulier inter obstetricum manus, diu labo-  
rans tandem Ethiopem peperit. Quæ res ut risum in populo cachin-  
numq; excitauit, ita splendidas istas compaternitates interrupit, ac  
spes & gaudium Appiani mirifice conturbauit, tibicen tum forte  
Maurus in familia eius erat, ex quo natum puerum credidit, & in  
quidem mox ubi detectum flagitium intellexit, saluti suæ fuga con-  
suluit, partumq; mulieri, ludibrium principi reliquit.

III.

Deponebant olim matres, humi, prolem, quam pepererant;  
eam maritus, si pro sua agnouisset, leuabat, vnde & liberos di-  
cebatur sustulisse. Sunt qui tantopere non curant, vnde prolem  
habeant, dummodo habeant hæredem. Legitimam, an illegi-  
timam prolem suscipiant, nihil morantur. Quorum itidem  
gaudium non solet esse diuturnum. Quia filij adulterorum in-  
inconfuta-

Sap. 3. 16